preſe ferens. Quæ omnia non leui admiratione prætereuntes viatores afficiunt. In Caſtro marmora ſunt caracteribus (vt arbitror) Hetruſcis Inſculpta: quæ nullum in preſentem vſq; diem (quem ſciam ipſe; vel alius ſit interpretatus) Intellectum admittunt. Non abſurdum eſſet fortaſſe credere ab aliquo Hetruſco Haruſpice; quorum diſciplina percelebris fuerat vbiq; terrarum appoſita fuiſſe. Quod ab illis; qui ante Belloueſum; Hetruſcis hic regnabant; monumēta illa (vt aliquorum eſt opinio) inſculpta fuerint; nemo vnquam mihi perſuaderet: quando fidem omnem excedat marmor ab illis ad hac vſq; tēpora durare potuiſſe. Splendidam præterea oppidi huius Magnificentiam. XXIIII. Pagi Illuſtres; quibus præerat; ſatis ſuperq; declarant; authoritatis priſtinæ indicia maxima. Omnis deniq; tractus vſq; ad ſextum lapidē ab vrbe; ſubrij vel ſeprij hac etiam ætate ſeruat appellationem. Illic duarum arcium veſtigia conſpiciūtur: è quibus altera eminentiori In parte ad Collis verticem Mediolanū ſpectat: à quo in proximam Oronæ Vallem (nomen eſt fluuioli qui Collis radices alluit) per ſubterraneos fornices aquatiōis gratia cuniculus ducebatur. In fluminis verò ripa tertium quoq; Caſtrum fuerat quadrato Lapide ſtructum turbinis titulo in coenobitarū Virginū

Literæ hetruſcæ.

Caſtri Inſubrum Ditio.

Caſtri Inſubrum arces duæ.

Orona flu.

Turbinis caſtrum.

uſus pios conuerſum. Arce demum euerſa nomen tantum turbinis retinuit. Nec tamen antiquitatum memoriolæ hoc in loco deſiderantur. In poſtico ſiquidem ædis Vetuſtæ lapis extat barbarorū; vel Imperitorum culpa; aut diuturnitate temporis ita fractum; vt quoties illum aſpiciam illud Auſonij mihi toties occurrat.

Miramur periſſe homines; monumenta fatiſcunt.
Mors etiam ſaxis nominibúſq; venit.

Habuimus tamen Calphurniæ nomen politiſſimis grandioribúſq; literis Inciſum. Cuius etiam poſteritas apud Inſubres nūc belliſsimè perdurat: ſed Caphurij literis quibuſdam negligenter abiectis appellantur.

Calphurnii, Caphurii.

CALPHVR
NIAE
CARISSI
MAE
F E

Eadem in arce in fornice cuiuſdam boſtioli tabula marmorea affixa eſt bis fermè cubitalibus Inſignis literis.

L CASSIO
AVTE
LOIO

Bella Inter Vicecomites & Turredanos.

INtra circuitum oppidi olim Inſubrum ; putei; Ciſternaéq;, et Cloacę, reperiūtur. Adsūt quinet Cryptę, fornices elaboratiſſimi; et huiuſmodi antiquaria : Vigentibus demum bellis Inter Vicecomites et

Turredanos penès quos ea tempeſtate Inſubrum ſumma authoritas fuit, de Imperio Mediolanēſi diſceptantes oppidum ipſum cū arcibus In illo rerum turbine Solo æquatum fuit: legéq; municipali ſancitum ē ne in id locorū Colonia Amplius duceretur. Quam quidem legem Prætores Mediolanēnſis et Gallareatenſis magiſtratum Initijs iureiurando omni ſtudio, opere, diligentia ſe curaturos pollicentur. Vnum illud quoq; animaduertimus in meditulio ferè verbani et larij lacuum oppidum ipſum ſitum fuiſſe; et in Colle eminentiori, vt recto itinere ab vrbe ad alpeis proficiſcētibus primo ſe offerat aſpectu; ex quo uelut è ſpecula Inſubrum patētes campi cum vrbe ipſa uideri poſſint. In eo monumenta propè infinita interierunt; nonnulla adhuc extant, ſed plurima à ciuibus Mediolanenſibus; poſt tantas et tot clades, inde abducta ſunt : Ex pluribus verò vnum atq; alterum adduxiſſe ſufficiat.

Caſtri Inſubrum euerſio.

I O M

DIS MANIBVS

PRO SALVTE

MEMNIAE

PRISCAE

C F

MEMNIVS

ONESIMIANVS

PRO

FRVCTIBVS

V S L M

Ex hac inſcriptione colligimus morem fuiſſe noſtris maioribus pro ſalute ægrotantium amicorum, vt Dijs manibus ſacra facerent et vouerent. Fontei quoque Capitonis Conſulis de quo meminit et Tacitus in bello othoniano Mnemoſynon inſpicitur literis grandioribus candido In marmore Inciſum. Fonteius capito.

I O M

C CAECILIVS

NIMPHEROS

V S L M

FONTEIO

CAPITONI

COS

Carnutum Carnagum. Carnutes.

ESt et Veræ cuiuſdam Eulogium, ſed plurima ex parte mutilatum reliquarum literarum prenomine; et nomine duntaxat exceptis Intelligentiam nō admittit. Hoc igitur in tractu Inſubrum Gallorum ſedes fuiſſe expulſis inde Hetruſcis facilè comprehendi poteſt. Inſubriq; nomen oppido nō urbi noſtræ (vt multi falsò arbitrati ſunt) inditum fuiſſe; Fidem preterea faciunt vici; municipia ditiſſima; Caſtella munitiſſima huius regionis; ex quibus ferè nobiliores familię Mediolaniēſium antiquiſſime origines traxere. Inter tot municipia et vicos occidentem verſus ſecundo lapide oppidum Carnutum viſitur vulgo carnagum nuncupatum eo in tractu carnutes vlterioris Gallię populos olim cōſediſſe; arguunt ſoli fertilitas nominis cognatio; et Inſubrū Gallorū vicinia; facilè enim cum Belloueſo; quem tot hominū milia in Italiam traduxiſſe conſtat et carnutum copię alpes tranſenderunt; et haud lōge ab inſubribus ſedes locarunt; Durat Gens carnutum in Celtica Gallia oceano proxima olim in Clientela Remorū; et totius ferè Galliæ media eorū ciuitas Epiſcopalis vulgo Chiartres numcupatur. Tante preterea Aedificiorum ruinę Indies effodiuntur; tot excidpti lapides: vt non niſi inter Cemē

ta; maceriáſq; plantari vix poſſit Vitis. A Caſtro Inſubrum Ticinum Verſus ad meridiem Quinto fermè Miliatio Gallareatum eſt oppidum Vrbeculæ effigiem preſtans ad extremam Collium radicem in æquo ædificatū; à quo vniuerſa planicies. XXIIII. Miliariorum ſpacio ad vrbem Mediolanenſem extenditur. Cuius oppidi nomenclaturam ſi attentius quiſpiam obſeruauerit Gallorum aream hoc eſt conuentum Interpretabitur; ſicut et Nouariam trans-Ticinum quaſi nouam Gallorum aream. In hunc tractum ſiquidem velut ad Campeſtria loca; que fertiliora eſſe ſolēt Inſubres adhuc montium accolæ colligendorum fructuum; vel Comitiorum habendorum gratia priſco Gallorum more confluebant. Ad vltimum deniq; excidium redactum fuit oppidum Gallareatum; dum Mediolanenſibus noſtris ex animo fauens Copijs Ingentibus Federici Imperatoris; cui Rubrobarbo cognomen fuiſſe iam diximus pertinaciter nimis aduerſatur. Viſuntur eo in oppido Vetuſtiſſime Inſcriptiones; Quales hæ ſunt; quæ ſequuntur.

Gallareatum oppidum.

Nouaria.

Gallareati euerſio.

HERCVLI

CVIRMAX

CVMSVIS

VSLM

Item alio in loco.

MERCVRIO

OPVPVP

*Ibidem in turri
Quadrata.*

C POSTVMIO

PRISCO

POSTVMIVS

DROMO

LIBERTO

PIENTISSIMO

INAGRPXXX

INFPPXX

Votum quoq; ſeueri ſiluano per-
ſolutum hæc indicat
Inſcriptio.

SILVANO
SEVERVS
LF
ADIVTOR
VRBICVS

Buſtium arſium.
Buſtacium.

Non procul à Gallareato vicus eſt Inſubrũ victoria aduerſus Hetruſcos celeberrimus. Buſtium arſium vulgus appellat, ſed verius Buſtaccium quòd ibi buſta hoſtiũ compleuerint omnia. Ad dexteram Paululũ

Picta curia.
Corbeta opp.

ſi deflexeris Meridiem verſus Pictæ Curiæ occurres; Corbetam noſtrates appellant; oppidum dubio procul vetuſtiſſimum Longobardica ſymmetria conſtructum habẽs

templum. Cuius ruina; quę facta eſt annis ſuperioribus multas Sanctorum reliquias; quę Ignorabantur, et cũ eis memoriolam: in qua mẽtio habetur, et qui eas reliquias illuc locorũ portari curarit, et nominis eius oppidi; quòd in hanc vſq; diẽ deſiderabatur aperuit. Has tabulas ſe legiſſe Gaudentius Merula eius metrocomiæ municeps parieti tẽpli Sancti Victoris affixas atteſtatus eſt mihi In ſilice nõ admodũ polito In latere; quod Occidentẽ Solẽ Intuetur, eius ædis hos caracteres eẽ idẽ adfirmat Merula.

Gaudentius Merula.

I O M
SACRVM
C DOMITIVS
PHOEBVS
ET
P VINIACHIA



Vallicula ar-mi flu. · Arnus fl. · Arnus. Tuſchorum. Florentia. · Crena pagus. · Oggiona uicus. · Hieraciũ opp. · Albizatum. · Albuciatum. · Nouellii.

SEd ad Inſubres; qui ſeptemtrionaliores sũt, redeo: hos .n. qui ad meridiẽ et ad ortum iacẽt in planicie inter Padũ et vrbem; Ticinũ et Abduam labor alter excipiet. Eos .n. et vrbis ſitũ deo fauẽte proſequar; cũ hic primus fuerit liber abſolutus. Remis igitur uelisq; (quod aiunt) omnibus ad Colles recurro. A Gallarcato alpes verſus miræ amænitatis vallis incipit ad lacum vſq; Giuiratum; de quo alibi dicetur: per quam fluuiolus, cui Arno nomen eſt limpidiſſimis aquis fluit; à dextra, leuáq; (vt ait poeta) Caſtella in tumulis; et geniales vici. Crediderim ipſe fluuium hũc ab Hetruſcis hic olim dominantibus Arnum ab Arno altero in Thuſcis; qui nunc Florẽtiam Interluit propter quandam vicõrum ordinem; quibus vterq; frequentiſſimus eſt; nomẽ ſumpſiſſe. In ijs collibus Crena eſt pagus à fontibus per ea ſcatentibus; quaſi κρηνη; Hunc ſequitur oggiona; quaſi Eugeona à fertilitate ſoli. In hac extincta eſt Vrſinorũ familia. Hieraciũ deinde viſitur; quod ad ſacra ruſtici illuc vocarentur. Illinc Albizatum itur; vel potius Albuciatũ ab Albuciorũ familia vetuſtiſſima. Crene Nouelliorum Mediolanenſium, quorum meminit Plinius in hiſtoria Naturæ; memoriola viſitur.

I O M
C N O V E L
L I V S
C F
F A L L V
P I V S
V I V I R
I V N I O R
V S L M
D

Plurima Quoq; in Albuciato Antiquariorum ſunt veſtigia.

I O M

MONIVNA

IESVLCANI

IOVANIVS

V S K K M

IN calce Eulogij animaduertimus K K Caracteres geminatos. qui meo Iudicio pluralem numerũ ſignant: et libera munera inde ſignificari.

Io. Aluyſius Vicecomes.

A Ioanne quoq; Aluyſio Vicecomite inſigni equite eius oppidi domino proauorum ſuorum iuſſu olim à caſtro Inſubrum; quod ſtadijs fermè abeſt ſexdecim plurima ex huiuſmodi antiquarijs aſportata fuiſſe Intellexi. Ibidem.

CAMVRIVS

APVLONI

FECIT

Item in templo eiuſdem oppidi in Aræ maioris Crepidine.

C A V V S

APVLONIF

SIBI MARX

SSVIII

ALLV

CAVIF

Caidatū opp.

QVæ tamet ſi Interpretationem non admittant indi-ció tamen ſunt hanc Regionem aliâs quam nūc, lon-gè floruiſſe: cum paßim reperiantur ſimilibus ornamētis Inſculpta marmora. Paulò ſuperius colli imminet Caida-tum oppidulum in quo plura ſunt huiuſmodi antiquitatis monumenta. Arcem habet in ſummo colle poſitam vniuerſe Arni vallicule conſpicuam. In ea Herculis memoria in marmore pario ſculpta viſitur.

H E R C V L I
I N V I C T O
D V E O
C V L T O R E S
V S L M

Biſnatū opp.

ALeña caidati occidentem uerſus, quà ad verbanū lacum itur, Biſnatum oppidulū eſt; in quo huiuſmodi etiam vetuſtatis monumenta conſpiciuntur:

Andreas Alciatus.

In quibus vir miræ, ac propè ſingularis eruditionis Andreas Alciatus Mediolanenſis noſter cognomentum græcum ineſſe annotauit. Cuiuſmodi cognomina apud Inſubres paßim ſunt legentibus obuia.

C T E R E N T I O C F
O V F P A T R I
C O M I N I A E P F M A T R I
C T E R E N T C F O V F
S I L O F R A T R I
Q T E R E N T I O C F O V F
F R A T R I
C T E R E N T I O C L D I O
C H A R I E X T E S T A
M E N T O
S V O.
C T E R E N T I V S C F
F A C I V N D V M
C V R A V I T

Sexto Calendas opp.

AB iſnato occidentem verſus Hiemalem Sexto Calendas oppidum vetuſtiſſimum; quo in loco Verbanum Ticinus exonerat; tendenti occurrit. Hic vltimus Inſubrum terminus; et deſcriptionis noſtræ; Nō.n.in animo eſt populos qui vltra Ticinum ſunt; quos Lebecios Polybius; Lebuos. T. Liuius appellat; deſcribere. Porrò oppidum hoc à paganorum illuc concurſu; qui fiebat ſexto Calendarum cuiuſcunꝗ menſis nomen ſumpſiſſe author eſt Alciatus. Plurima in eo ſunt antiquiſſima monumenta; quæ libens pretereo: cum quòd ea idem Alciatus diligentiſſimè annotarit: tum quòd noſtri non ſit preſentis Inſtituti ſingulas locorū Inſcriptiones proſequi: hanc tamen ex plurimis eius oppidi adiecimus filij erga patrē charitatis monumentū.

Lebecii. Lebui.

Alciatus.

DOMITIO
CNFILOVF
PLACIDO
VIVIRIVNIOR
CDOMITIVS
MODESTVS
MILESCOH
VIIPRAETORIAE
PATRI
OPTIMO